

sio Hal. Plutarcho, & Fl. Josepho probat ad h. l. quin & LXX. illo utuntur Num. XVIII, 22. Hiob. XXXIII, 23. Quoad rem conf. Prov. XVIII, 21. ubi מוֹת וְחַיִּים בְּיַד-לִשְׁוֹן mors & vita in manu seu potestate linguæ esse dicitur.

§. XX.

v. 9.

Ἐν αὐτῇ εὐλογῶμεν τὸν Θεὸν καὶ πατέρα, καὶ ἐν αὐτῇ καταρώμεθα τὰς ἀνθρώπους, τὰς καθ' ὁμοίωσιν Θεῷ γεγονότας.

Ἐν αὐτῇ — ἐν αὐτῇ) Pro δι' αὐτῆς, quod Ebrais-
 mum non esse, sed purum Græcismum, ERASM.
 SCHMIDIUS EX MVSÆO, HOMERO & PINDA-
 RO probare vult *ad Hebr. I, 1.* sed vid. VORSTII Ph.
 S. P. I. pag. 172. Emphasin quoque habet repetitio
 phraseos, ostendit enim, linguam esse organon actio-
 num plane contrariarum; *Eadem* lingua instrumentum
 est benedictionis, *eademque* etiam maledictionis.
 εὐλογῶμεν τὸν Θεὸν καὶ πατέρα,) 1) Pro Θεὸν Codex
 Alex. & Colb. 7. habent κυριον, uti etiam legisse vi-
 detur Syrus, & Latinus priscus; facilis nim. erat
 utriusque vocis confusio, ob crebrum usum, & eua-
 dem utriusque sensum; Recepta autem lectio vel ideo
 videtur pro genuina habenda, quia scriptoribus
 N. T. familiarius est, nomen Πατρός jungere nomini
 Θεῶν, ut fieri quoque cernimus C. 1, 27. huj. Ep.
 quam nomini κυριε, cujus appositionis nullum, quod

sciamus, exemplum est. 2) και hic est ἑβραϊτικόν, ut valeat: *qui est pater, vel, eumque Patrem.* 3) Πατήρ hic dicitur Deus ex jure *creationis*, quia mox de *creatione ad Imaginem Dei* sermo est, conf. Mal. II, 10. In hoc quippe sita est vis argumenti apostolici, quod Deus *communis* sit *omnium* Pater, quos, dum creavit, *progenit*, & quidem *ad imaginem suam*, quam revereri oportet etiam in filiis ejus, ii vero non reverentur, qui, Patri benedicentes, filiis tamen maledicunt. 4) Verbum εὐλογεῖν, æque ac Ebraicum בָּרַךְ, significat *bene dicere* de aliquo, seu *laudare* & *celebrare* aliquem, *bene precari* alicui, & *benefacere* alicui; Primus & secundus significatus est græcismus purus, tertius autem Hebraismus, vid. VORSTII *Ph. S. P. I.* p. 163. ff. Hoc loco non nisi primus obtinet, neque enim Deo bene precari aut benefacere possumus, sed Eum *laudare* tantum & *celebrare*, unde Ebrais בָּרַךְ dicitur antonomastice & κατ' ἕξοχην, indeque etiam in N. T. ὁ εὐλογητός Marc. XIV, 61. και ἐν αὐτῇ καταραμίθα τις ἀνθρώπους,) 1) Verbum καταραμίθαι non modo significat, *mala imprecari* alicui, seu *diris devovere* aliquem, sed etiam, quolibet modo *maledicere*, ut idem sit, quod κακολογεῖν Marc. IX, 39. Utrumque etiam hic locum habet. 2) Per τις ἀνθρώπους non nisi Christianos, homines ad *Imaginem Dei* regenicos, intelligit DAN. WHITBY, respici a JACOBO putans anathemata ac diras, quibus Judæi increduli isto tempore Christianos publice devovebant in synagogis suis; Consentit LAMPIVS, in *Bibl. Brem. Cl. I.* p. 348. ff. ubi

ubi *partim* ex iis, quæ in Textu mox sequuntur, colligit, non nisi homines, ad imaginem Dei postliminio renovatos, intelligendos esse, *partim* ad voces *κατὰ πατέρα* provocat, quæ omnino arguant, tale hic objectum execrationis constitui, quod execrando non tantum excellentiæ Dei, qua *Dei*, sed etiam *paternitati* ejus injuria inferatur, id vero existare, si execratio *fidelium*, quorum *Pater* sit Deus, & novæ Imaginis auctor, significari existimetur; Quin eo usque progreditur, ut non modo fulmina *excommunicationis*, in confessores veritatis tum temporis jacta, innui putet, sed etiam *anathematizationes Cathedræ anticristianæ*; Nos autem, quanquam dictum Apostoli ad hæc *specialia* adplicabile esse haud negemus, generatim tamen a JACOBO abusum Linguae, sive adversus fideles sive adversus alios, notari existimamus; a) enim isti certe Judæi, quibus hæc Jacobus scripsit, cum & ipsi Christiani fuerint, non opus habebant a Jacobo moneri, ne Christianos, ceu hæreticos, anathematis fulmine peterent; b) in seqq. non est sermo de hominibus ad imaginem Dei *renovatis*, sed *γεγονοσι factis*. c) Deus heic *Pater*, h. e. hominum, ad Imaginem Ejus primum creatorum, conditor adpellatur, ut adpareat, quantopere a prima sua origine & creatoris consilio deslestant, qui homines, Dei Creaturas, execrantur. Eodem certe argumento utitur *Malachias C. II, 10* ad mutuam contemtum cavendum. d) *Præsentia* sui temporis vitia castigat Apostolus, non *futura* temporis anticristiani, licet ana-

thematismi Curiaë Rom. vel maxime etiam ex hoc dicto impietatis convinci possint. κατ' ὁμοίωσιν θεοῦ γεγονότας) 1) ὁμοίωσις proprie notat assimilationis actum ipsum, dein vero etiam resultantem inde similitudinem; LUTHERVS vertit: *nach dem Bilde Gottes*; Recte, nam & Gen. I, 26. 27. יְצַלְנוּ, *Imago*, & רִמּוֹת, *similitudo*, reapse idem dicunt, & quod Jacobo est κατ' ὁμοίωσιν, id Paulo est κατ' εἰκόνα Col. III, 10.

2) De verbo γινώσκει notum est, ejus naturam permittere, ut pro materia substrata reddatur vel per *esse* vel per *fieri*. Hoc loco Interpretes summo consensu vertunt seu exponunt per *factum*, conditum seu creatum esse; Cum autem præteritum γεγονότας hic usurpetur de hominibus post lapsum existentibus, ac referri possit tum ad tempus *creationis* illorum in Adamo & Eva, tum ad tempus *nativitatis* eorum ex parentibus suis, A) Hinc oritur quæstio, quo sensu homines, quibus maledicere vetat Jacobus, dicantur facti esse ad similitudinem Dei? An *priori* saltem, an & *posteriori*? B) An sequatur ex h. l. Imaginem Dei in homine, adhuc post lapsum, *hodieque* reliquam esse, & C) An posito, quod homines eam amiserint, argumentum Apostoli nihilominus *probet*, quod probandum erat? Ad A)nam Qu. respondemus: omnino Jacobum hac phrasi, κατ' ὁμοίωσιν θεοῦ γεγονότας, ad Genesin Mosaicam respicere, ubi describitur *creatio* generis humani in Protoplastis Adamo & Heva, non vero ad *nativitatem* uniuscujusque hominis ex parentibus suis: Nusquam de *hac* in scriptura dicitur, quod
fiat

fiat, seu facta sit, juxta similitudinem Dei, sed potius
 contrarium, vid. Gen. V, 3. coll. v. 1. Pf. LI, 6. Joh.
 III, 6. neque tamen hinc sequitur, de hominibus post
 lapsum existentibus dici haud posse, quod *ad Imagi-*
nem DEI facti sint, sed de solis primis parentibus ge-
 neris humani; Cum enim in his totum genus hum.
 ita creatum fuerit, ut, quidquid ipsi acceperunt,
 adeoque & *Imago Dei*, totius posteritatis fuerit, recte
 de hominibus *hodieque* dicitur, quod ab initio ad si-
 militudinem Dei conditi sint; Ad B)dam Qu. respon-
 detur: *Photinianos* quidem simpliciter adfirmare, *Ima-*
ginem Dei per lapsum haud periisse, sed adhuc in ho-
 mine reliquam esse, *Pontificios* autem distinguere inter
Imaginem Dei naturalem & supernaturalem, hancque
 amissam, illam vero adhuc superstitem statuere; Sed
 neutrum recte dici, Theologi nostri pridem evicerunt;
 Saltem ex *b. l.* id non sequi, quod *Imago divina ad-*
huc in homine superstes sit, ex antedictis manifestum
 est, ubi ostendimus, amissa etiam *Imaginem div.* ho-
 minem adhuc dici posse conditum ad *imaginem Dei*,
 scil. respectu *creationis suae in Adamo*, licet non *nativi-*
tatis suae ex parentibus suis. Quod ad C)tiam Qu.
 attinet, valde quidem adversarii urgent tum nostrum
hanc locum, tum illum *Gen. IX, 6.* ubi ex *creatione homi-*
nis ad Imaginem Dei probatur, quod homo hominem
 non debeat occidere, quemadmodum hic, quod non
 debeat homo homini maledicere; Nil concludit, in-
 quiunt, ratio utrique interdicto addita, si in homine
 non amplius superest *Imago divina*, nec enim id,
 quod

quod homo ante lapsum habuit, post lapsum vero non amplius habet, pro *causa* allegari potest, quare homo lapsus, & Imagine divina destitutus, non debeat occidi, aut maledictis lædi, cum in eo non amplius lædi queat Imago Dei; Ita disputat SOCIIVS in *Præll. Theoll. C. III. p. 8.* & de *statu primi hominis pag. 7.* SMALCIUS contra FRANZIVM *Disp. II. p. 51. seqq.* ESTIVS ad *Jacobi C. III, 9.* Sunt ex Theologis tam Reformatis quam Nostris, qui heic distinguant inter imaginem divinam *ipsam*, quæ omnino perierit, & quædam illius *rudera*, quæ supersint, ut CALVINUS, PARÆVS, FLACIVS, alique; *Alii* vero simpliciter negant, quod quidquam in homine supersit de imagine Dei, in qua ab initio creatus fuit, si Imago Dei accipiatur *stilo biblico*, quæ vero *rudera* alii appellent, vel plane non ad Imaginem div. isto sensu acceptam pertinere, vel saltem minus principalem illius partem constituere, dicunt, unde, si ex concessis hisce ruderibus arguere contra nos velint Dissidentibus, quod Imago divina, (ipso quorundam e nostris iudicio) adhuc supersit, argumentum hætenus procedat *a particulari*, neque adeo quidquam concludat. *Nos* rem optime confici posse existimamus *Nota BENGELII ad h. l. Amissimus*, inquit, Dei similitudinem, sed exinde tamen *remanet* nobilitas indelebilis, quam in nobis & in aliis debemus *revereri*; mansimus tamen *homines*, ad similitudinem illam per *benedictionem divinam*, cui *humana* subscribere debet, reformandi; Id vero interpellant, qui *maledicunt*; Absalom excidit
gratia

gratia parentis, sed tamen populus eum agnoscit
filium Regis.

§. XXI.

V. IO. II.

V. IO. Ἐκ τῆ αὐτῆ σόματος ἐξέρχεται εὐλογία καὶ κατά-
ρα· ἔχρη ἀδελφοί μου, ταῦτα ἔτω γίνεσθαι. V. II.
μήτι ἡ πηγὴ ἐκ τῆς αὐτῆς ὁπῆς βρῦει τὸ γλυκὺ καὶ τὸ
πικρὸν.

V. IO. Ἐκ τῆ αὐτῆ σόματος ἐξέρχεται) Simili dictione uti-
tur Christus Matth. XV, 18. εὐλογία) erga Deum. καὶ
καταρα) erga homines. Post καταρα signum interroga-
tionis ponit Oecumenius, quem & BENSONIVS secutus est
in *Paraphrasi*; & auget hoc sane δεινότητα sermo-
nis, æque ac v. II. & 12. Sed nulla tamen necessi-
tas adest, interpunctionem mutandi. ἔχρη, ἀδελφοί μου,
ταῦτα ἔτω γίνεσθαι. I.) ἔχρη significat, non oportet,
quod per Litoten hic dicitur, nam sensus hic est:
adeo non oportet ita fieri, ut potius aliter fieri & possit
& debeat; Homines putant, fieri non posse, quin quan-
doque maledictum exeat ore, imo nonnumquam ju-
ste id fieri, seu fieri debere, huic ergo opinioni con-
tradicit Apostolus; vid. similis locutio Matth. XX, 26.
Luc. XXII, 26. 2) ἀδελφοί μου) iterum, ut v. I. Ja-
cobus blanda hac compellatione mitigat severitatem
reprehensionis. 3) ταῦτα ἔτω γίνεσθαι vel sic exponi
potest: hæc, scil. ut ex uno ore bona profluant &
mala, sic fieri, uti apud vos fieri cum dolore perce-
pi, vel h. m. hæc bona, sic admixtis malis, ita BEN-

M

GE.